

Malakologische Miscellen.

Von

Carl Agardh Westerlund.

I.

Descriptiones.

Hyalinia Westerlundi Cafici.

Testa pervie umbilicata, solidiuscula, convexa, obsolete et irregulariter transversim rugoso-subcostulata, nitida, superne corneo-olivacea vel corneo-brunnea, subtus albida; spira convexa, vertice depressa; aufr. $6\frac{1}{2}$ —7, primi regulariter, caeteri celeriter accrescentes, primi depressiusculi, caeteri convexiusculi, ad suturam subcanaliculatam breviter abrupte descendentes, quasi incumbentes et subangulati, penultimus latitudine dimidiam ultimi multo superans (3: 5), ultimus maximus, subdilatatus, peripheria rotundatus, antice regulariter et lentissime descendens; umbilicus ad basin testae dilatatus et anfractus omnes distincte praebens; apertura sat obliqua, transverse ovalis in directione descendente, valde lunata; peristoma simplex, acutum, tenue, marginibus non conniventibus, columellari in arcu longo extenso, superne levissime dilatato. Diam. maj. $17\frac{1}{2}$ —18, min. 15, alt. 8 mm.

Hab. Sicilia ad Giarratana (Cafici).

Differt ab *Hyal. fuscata* Z. et *Alleryi* Paul. multis modis et facillime testa lineis spiralibus destituta. Differt ab *H. fulgida*, cui proxima, colore obscuro, anfractibus multo celerius accrescentibus (praesertim penultimo multo latiore), et ad suturam canaliculatam subangulatis, apertura transverse ovata vel elliptica, et multo magis descendente.

Helix (Monacha) *bidinensis* Cafici.

Testa rimata (subobtecte perforata), conoideo-globosa, sericina, rufescens (rarissime fascia albida obsoletissima mediana circumdata), striato-rugulosa, praesertim anfractibus superioribus punctulis elevatis piliferis obsita (pilis caducis et brevissimis), pellucescens; anfr. 7, sat convexi, regulariter accrescentes, ultimus pulchre rotundatus, ad aperturam valde descendens; spira conica, vertice mamillato, fulvo, nitidissimo; apertura rotundato-lunaris, palato pallide margaritacea, intus perdistincte roseo-vel carneo-labiata; peristoma acutum, extus fusco limbatum, margine exteriori recto, columellari substricto vel levissime arcuato, patulo, superne dilatato et reflexo perforationem sub-obtegente, rimam tantum praebente. Diam. 17—18, alt. 12—13 mm.

Hab. Sicilia ad Vizzini (Cafici).

Testa *H. consonae* (Z.) Rossm proxima, differt tamen superflue magnitudine, colore, forma conoideo-globosa, spira alta, fascia mediana obsoletissima vel deficiente, anfr. pluribus, ultimo antice valde descendente, apertura rotundata, labio sat forti et colorato etc.

Helix (Xerophila) *Benoiti* Cafici.

Testa late et perspective umbilicata, umbilico demum (ad basin testae) forte dilatato, striatula, alba vel pallide lutescens, fasciis brunneis, integris vel interruptis, ornata; spira turbinata, apice acutiusculo, rufescente; anfr. 6½, supremi convexiusculi, penultimo convexo, supremi regulariter accrescentes, ultimus depressus, forte dilatatus, antice penultimo fere triplo latior, descendens, interdum valde descendens; apertura obliqua, ovalis, intus albolabiata; peristoma rectum, acutum, marginibus paullo conniventibus, columellari valde arcuato, subpatulo. Diam. 14—15, alt. 10—11 mm. Ex. max. diam. 18, alt. 11 mm.

Hab. Sicilia ad Vizzini et in Nebrodibus. (Cafici).

Helix moesta Parr. „(Kob. Icon. f. 1446—47) proxima, sed differt umbilico subangusto, subcylindrico, testa depresso-subturbinata, anfr. regulariter accrescentibus, ultimo antice vix descendente (quam penultimus non duplo latiore), antice non dilatato, apertura rotundata, subobliqua“, etc.

Helix (Xerophila) *moesta* Parr. var. *luctuosa* West.

Testa mediocriter umbilicata, superne depressa, subtus convexa, costulato-striata, lineolis minutissimis horizontalibus numerosis ubique sculpta, sordide flavescens, medio albido-subangulata, fascia supramediana fusco-brunnea fere ad apicem abrupte protensa, subtus fasciis et taeniis pluribus pallidioribus; spira vix convexiuscula; anfr. $5\frac{1}{2}$, regulariter accrescentes, planulati, ultimus dilatatus, supra vix convexiusculus, infra tumido-convexus; apertura lunato-circularis, intus valide albolabiata; peristoma acutum, rectum, margine columellari superne paullisper patulo. Diam. $12\frac{1}{2}$ —13, alt. 7 mm. — Forte species.

Hab. Sicilia, Termini Imerese (Cafici).

Helix (Xerophila) *praeclara* Cafici.

Testa umbilicata, carinata (carina crenulata), utrinque subaequaliter convexa, solida, lutescens, zonulis vel taeniis fuscis 3—4 (una supra carinam) costis albidis interruptis plus minus distincte circumcincta, validissime costata (costae robustae, productae, paullo distantes, in carina tuberculosae); spira tectiforme convexa, apice castaneo, nitido, laevigato; anfr. $5\frac{1}{2}$, carinati (carina suturam sequens). convexiusculi, sutura profundiuscula separati, ultimus carinatus (carina crenulata, ad aperturam subevanescent), supra planatus, subtus turgido-convexus; apertura parum obliqua, leviter lunata, fere circularis, in margine externo subangulata, intus albo-

labiata; peristoma rectum, acutum, marginibus non conniventibus, longe sejunctis, exteriore horizontaliter, columellari forte arcuato, verticaliter ab insertionibus exeuntibus. Diam. 8, alt. $4\frac{1}{2}$ —5 mm.

Hab. Sicilia ad Castelvetro (Cafici.)

E grege *H. corrugatae* Gmel. minima species, proxima *H. pleurischuræ* Bgt. et *H. chonomphalæ* Bgt. (Spec. noviss. 1876, p. 45) etiam in Sicilia viventibus, a quibus tamen differt latitudine multo minore sed altitudine aequali et eodem numero anfractuum, anfr. ultimo supra planiusculo, infra turgido-convexo (non supra convexiore), spira tectiforme convexa (non valde depressa; *H. conomph.*), costis subtus integris (nec costulis spiralibus intersectis; *H. pleurisch.*), labio aperturæ ad summum distincto (nec crassissimo et validissimo), carina tenui (nec crassa), apertura subcirculari, leviter lunata (nec semirotundata vel fere rotundata), margini columellari superne non expanso, etc.

Die oben dargestellten Formen sind von mir bestimmt und beschrieben nach einer mir zu diesem Zweck zugesandten Sammlung von Herrn Freih. de Cafici, der sie auch benannt. Vermuthlich sind sie schon längst dem italienischen Publikum bekannt, ich meine aber, dass es den Lesern dieser Zeitschrift auch erwünscht wäre, sie zu kennen.

Vitrina Kotulæ Westerl. n. sp.

Testa perdepressa, auriformis, tenuissima, virescente-hyalina, superne sub lente ruguloso-striata; spira planata, $\frac{2}{5}$ longitudinis æquans; anfr. 2, fortissime accrescentes, ultimus depressissimus; apertura maxima, fere $\frac{7}{8}$ testæ longitudinis efficiens, antrorsum latior, margine columellari fortissime exciso usque ad apicem testæ, ut infra conspecta spira tota cum vertice bene conspicua, margine superiore parum exciso, margine anteriore ro-

tundato-subtruncato; limbus membranaceus jam ab anfractu penultimo fere ad marginem anteriorem prolongatus, medio latissimus et fere $\frac{1}{2}$ baseos occupans. Long. 5—6, lat. $3\frac{1}{2}$ —4, alt. 2 mm.

Hab. Galicia in M. Tatra, 900—2200' s. m., praecipue in regione alpina, sub lapidibus non rara.

Hanc egregiam speciem detexit et demonstravit amiciss. Prof. Kotula, cui scrutatori naturae meritissimo eam dedicare volui.

In vicinitate *V. elongatae* locum habet, sed mox et valde ab hac et ab omnibus hucusque cognitis differt margine columellari toto fortissime arcuato et tam exciso ut spira tota usque ad apicem conspicua sit.

Hyalinia alliaris Mill. subspec. *cantabrica* mh.

Testa anguste umbilicata, convexo-depressa, tenuis, pellucida, nitidissima, olivaceo-cornea, basi circa umbilicum albescente, sublaevis; spira tectiforme convexa, vertice prominente; anfr. 6— $6\frac{1}{2}$, regulariter sat forte accrescentes, planulati, vel vix convexiusculi, sutura tenui et marginata disjuncti, ultimus penultimo subduplo latior, antice non dilatatus, nec descendens, depressus, medio obsolete angulatus, utrinque subaequaliter convexiusculus; apertura obliqua, ovalis, lunata, margine columellari brevissimo subverticali, basali extenso. Diam. 10—12, alt. 5—6 mm.

Hab. Hispania (ad Bilbao legit amic. Kobelt.)

Hyalinia glabra Stud. var. *hungarica* mh.

Testa magna, obsolete irregulariter striatula, nitida, supra valde convexa, subtus circa umbilicum angustum excavatula; anfr. $6\frac{1}{2}$, convexiusculi; apertura obliqua, ovali-lunata; diam. 17—18, alt. 7—8 mm.

Hab. Hungaria.

Hyalinia perspectiva Blanc var. *parma* mh.

Testa supra convexa, subtus concava, anfractibus fortius accrescentibus, ultimo utrinque depresso, antice descendente; apertura in directione transversa descendente, anguste ovali-lunata, margine columellari arcuatulo; diam. 8, alt. 4 mm.

Hab. Italia ad Otranto (Blanc).

Hyalinia nitens Mich. var. *Ressmanni* mh.

Testa convexior; anfractus ultimus antice subtus tumescens ut apertura magna, margine columellari sat forte arcuato.

Hab. Carinthia ad Lussnitz. (Ressmann.)

Hyalinia icterica Tib. var. *parthenopaea* mh.

Differt a typo characteribus sequentibus: testa depresso conoidea, superne irregulariter fortiterque striata, ad suturam fere costulata, corneo-lutescens, basi laevissima, albida, spira depresso conoidea, apice obtusulo; anfr. superne vix convexi, penultimus convexior, ultimus major, superne subdepressus, inferne planulatus, subito in umbilicum perspectivum deflexus; apertura rotundato-ovata, superne depressa, parum lunata, intus tenuissime alboincrassata, marginibus valde approximatis; diam. maj. $21\frac{1}{2}$, min. $18\frac{1}{2}$, alt. 13 mm. (Cfr. Kob. in Rossm. Icon. VI. p. 19. f. 1575.)

Hab. Italia in regione Neapolitana.

Hyalinia Alleryi Paul. var. *hemispherica* mh.

Testa typo tenuior, semiglobosa, anfractu ultimo rotundato, subtus vix planulato, umbilico angusto, apertura descendente; diam. maj. 14, min. 13, alt. 9—10 mm.

Hab. Sicilia in M. Gallo et M. Pellegrino.

Hyalinia incerta Drap. var. *vafra* mh.

Testa supra olivaceo-cornea, subtus obscure viridis, an-

fractu ultimo lato, apertura ovato-lunata, margine columellari superne late expanso, spira conoidea, valde excentrica; diam. (specim. max.) maj. 26, min. 27, alt. 16 mm.

Hab. Gallia ad Bayonne. (Dup. ex.)

Leucochroa cariosula Mich. var. *vetula* mh.

Testa saepissime omnino obtecte umbilicata (raro rimata), supra turbinato-convexa, subtus planulata (raro sublenticularis), sordide albida, subconcolor, superne forte carioso-rugosa (nucleo laevi candido); anfr. $5\frac{1}{2}$, superne (ad suturam) forte tuberculosi, infra depresso carinati, medio convexiusculi, ultimus usque ad aperturam compresso-carinatus, infra medio subtumidus, radiatim plicato-striatus et rugosus, antice forte deflexus; apertura perobliqua, subsecuriformis (extus angulata, margine basali arcuato); diam. 17—22, alt. 10—12 mm.

Hab. Algeria, Oran ad St. Denis.

Beat. Klecak et clar. Joly hanc formam sub nomine L. Mayrani Gass. miserunt. A L. Mayrani vera (quam forte merito clar. Bourguignat ad L. baeticam ducit) bene differt forma (testa non conico-globosa), sculptura (non granulato-crispata), anfractibus (non convexis, nec ultimo superne striis radiantibus ornato), sutura non profunde intrante, apertura non ovato-rotundata, magnitudine (L. Mayr. diam. 19—20, alt. 15 mm.) etc.

Leucochroa fimbriata Bourg. var. *myopa* mh.

Testa quam typus minor, globoso-contracta; sutura valde impressa, tuberculato-erosa; apertura rotundata, peristomate magis incrassato; diam. 12, alt. 8 mm.

Hab. Palaestina.

Helix (*Xerophila*) *phthiota* mh.

Testa umbilicata, tenuis, depressa, spira conoidea, rufescenti-cornea, transversim albo-costata (costis interdum

albopunctatis, interdum densis, ut testa alba videtur, fasciis angustis albis vel rufescenti-corneis); anfr. 6, convexiusculi, ultimus initio angulatus, demum rotundatus, ad aperturam abrupte et saepe valde descendens; apertura ovato-lunaris, in directione obliqua descendens, marginibus conniventibus, intus forte rufolabiata, margine basali vix reflexiusculo. Diam. 10—11, alt. 7—8 mm.

Hab. Graecia ad Phthiotis. (Blanc.)

H. variegatae Friv. proxima, sed differt testa magis depressa, albocostata, rufescenti-cornea (nec striatula, alba, strigis maculisque fuscis variegata), anfr. 6, ultimo angulato, ad aperturam saepe valde descendente (nec $5\frac{1}{2}$, ultimo non angulato, nec descendente), apertura ovato-lunari obliqua (non lunato-circulari) etc.

Helix (*Xerophila*) *pastorella* mh.

Testa umbilicata, depresso-globulosa, ruguloso-striata, lutescenti-cinerea, fasciis, taeniis, strigis et maculis rufobrunneis ornata; spira conoideo-depressa, apice castaneo, nitido; anfr. $5\frac{1}{2}$ —6, convexiusculi, primi regulariter accrescentes, ultimus maximus, dilatatus, superne obsolete angulatus, antice descendens; umbilicus ut forma testae variabilis, saepius angustus, interdum tamen ad aperturam sat dilatatus; apertura in directione descendente subovato-lunata, intus luteo-labiata, limbo castaneo, nitido, margine columellari dilatato, leviter reflexo vel expanso. Diam. 8—9, alt. 6 mm.

Variat testa conoidea, umbilico perangusto, anfractu ultimo valde descendente; d. 9, a. 7 mm.

Hab. Graecia in Euboea (Thiësse) et ad Prevesa (Coneménos).

Xerophilae praecedentes cum *H. variegata* Friv., *meridionali* Parr., *jonica* Mouss. et *hellenica* Bgt. species di-

stinctae vel varietates *Hel. profugae* Schm. ad libitum haberi possunt.

Helix (Xerophila) liburnica Stoss. nov. sp.

Testa dilatate umbilicata (umbilicus primum angustus dehinc subito dilatatus), depressa, spira convexiuscula vel subconoidea, vertice castaneo, crassa, albida, superne sparsim obsolete corneo-punctata, striatula; anfr. $5\frac{1}{2}$, primi lente regulariter accrescentes, subconvexi, ultimus dilatatus, utrinque compressiusculus, periphæria rotundatus, ad aperturam rufescens et breve descendens; apertura magna, lunato-circularis, extus fuscolimbata, intus valde albolabiata; peristoma rectum, acutum, marginibus aequaliter forte arcuatis, in pariete sat approximatis. Diam. 10, alt. 7 mm.

Hab. Italia ad Pontone. (Stossisch.)

Helix (Xerophila) samnitum mh.

Testa umbilicata (umbilicus ad aperturam dilatatus), solida, nitida, depressa, spira paullisper conoidea, densissime striata, alba, fasciis 3 brunneis, latiusculis, (mediana et inframediana in aperturam intransibus, supramediana ad verticem mamillatum rufum prolongata) et interdum taenia angusta circa umbilicum); anfr. $5\frac{1}{2}$, convexi, ultimus maximus, rotundatus, antice vix descendens; apertura magna, lunato-circularis, intus valde albolabiata; peristoma tenue, corneum, rectum, margine basali forte arcuato, patulo. Diam. 9, alt. 6 mm.

Hab. Italia, Samnium, Cerreto. (Blanc.)

Var. *pugnax* mh. t. minor, subcostulata, minus dilatate umbilicata, subtus taeniata, fascia supramediana latiuscula, apertura rotundato-lunata, anfractu ultimo superne angulato. — Italia, Foligno et Spoleto. (Blanc.)

Haec species et praecedens optime cum *H. lunulata* Kryn. (cujus specimina originaria a Krynickio ipso ab Odessa

missa et in Museo Senckenbergiano asservata benevolentia amici Kobelt vidi) congruunt, notis tamen ut videtur bonis differunt.

Helix (Xerophila) graja mh.

Testa pervie, ad aperturam late umbilicata, depressa, spira medio prominula, infra convexa, solida, opaca, regulariter striatula, albida, plus minus distincte brunneo maculatum fasciata, apice pallide corneo; anfr. 6, primi convexi, medio convexiusculi, carinati, ultimus supra convexiusculus, subtus aequaliter convexo-rotundatus, superne ad medium longitudinis subcarinatus, deinde ad aperturam obtuse angulatus et leviter descendens; apertura oblique rotundato-lunaris, intus albolabiata; peristoma acutum, rectum, margine externo subhorizontali, basali valde arcuato. Diam. 13—15, alt. 5—6 mm.

Hab. Graecia ad Missolonghi. (Blanc.)

Species *H. explanatae* Müll. affinis, sed bene distincta testa superne convexiuscula, regulariter striatula, saepius maculis fasciata, anfr. primis convexis, ultimo carina parum distincta et mox evanescente, a medio obtuse angulato et subtus pulchre et toto subaequaliter rotundato (nec anfractu toto compresse carinato, extus declivi et circa umbilicum altissimo, latitudine et altitudine aperturam versus magis magisque crescente), apertura non angulata, umbilico ad aperturam multo magis dilatato, etc. Species superne *H. explanatae*, subtus *H. obviae* similis.

Pupa avenacea Brug. var. *clienta* mh.

Testa gracile fusiformis, regulariter dense striatula; apertura 8 dentata, dentibus palatalibus 4, mediis 2 pliciformibus (superiore ad marginem producto), exterioribus

punctiformibus; peristoma margine exteriori regulariter arcuato (nec superne angulato); long. 7, diam. 2 mm.

Hab. Galicia ad Choc in Tatra. (Kotula.)

Haec forma, ex numerosis speciminibus ab amiciss. Kotula benigne communicatis iudicata, semper constans et mihi antea non obvia.

Pupa (Isthmia) *odontostoma* Westerl.

(P. minutiss. var. odontost. Westerl. Fauna eur. p. 191.)

Testa cylindrica (anfractu penultimo paullo majore), confertim eleganter striata, pellucida, sericea, fulvida, obtusa; anfr. $6\frac{1}{2}$, convexi, lente accrescentes, sutura profunda disjuncti, ultimus paullo major, antice ascendens; apertura subsemiovata, dente punctiformi minuto parietali immerso, dente palatali guttiformi superne pone suturam et a margine dextro sat remoto; peristoma tenue, margine columellari expanso, reflexo. Long. $2\frac{1}{3}$, diam. $\frac{3}{4}$ mm.

Hab. Norvegia, Christiania in aggere Aakershuus.

Clausilia (Delima) *gastrolepta* (Z.) Rssm. subsp.

Eugenia (Küster?).

Testa fusiformi-cylindracea, gracilis, striatula, sutura superne et medio papillis minutis et distantibus obsita; anfr. 11—12, superi convexiusculi, caeteri planati, ultimus striatus, ad rimam gibboso-subcristatus; apertura ovata, peristomate vix continuo; lamella supera longa, infera fere marginalis, suboblique arcuato-ascendens; plica suturalis distincta, principalis interdum longe ultra lunellam protensa, plica palat. secunda longiuscula, medio cum lunella conjuncta (h. e. non tantum intus lunella hamiforme conjuncta, sed etiam et longius extus ad sinistram producta), plica infera brevis a lunella sejuncta; plica subcolumellaris strictiuscula et longe

(fere ad marginem) extensa. Long. 15, diam. $3\frac{1}{4}$ — $3\frac{1}{2}$ mm.

Hab. Dalmatia ad Cattaro. (Blanc ex.)

Differt a *Cl. gastrolepta* Z. praecipue plica principali, plica palatali secunda et plica subcolumellari. Beat. Klecak sub eodem nomine a Ragusa *Cl. gastrolepta* var. *inermem* Bttg. misit.

Clausilia (Delima) intusstructa Blanc *nov. sp.*

Testa cylindraceo-fusiformis, rufescenti-cornea, nitida, obsolete striatula, sutura tota papillis rotundatis albis subdistantibus ornata; anfr. 11, ultimus pallidus, rugoso costulato-striatus, ad rimam distincte cristatus, ad sinistrum non tumidus; apertura ovato-piriformis, intantummodo macula callosa alba ad sinistrum sub sinulum vel eodem loco callo sat forti sed profundo et solummodo ad medium faucis extenso praedita; peristoma continuum, affixum, vix labiatum; lamella supera marginalis, infera sat magna, horizontalis, antice stricta, intus arcuato-ascendens; plica pal. principalis ultra lunellam extensa, secunda cum lunella intus hamiforme conjuncta, infera valida, lunellae adhaerens, oblique ad medium faucis descendens et libera vel cum callo conjuncta; plica subcolumellaris emersa. Diam. 15, diam. $3\frac{1}{2}$ mm.

Hab. Italia meridionalis ad Balvano. (Blanc.)

Differt a proxima *Cl. Biasoletiana* Ch. praecipue testa sublaevigata (nec superne obsolete costata), sutura papillis majoribus distantibus (nec sutura dense crenulato-papillifera), anfr. ultimo non tumido, callo aperturali vel fere nullo vel tantum sinistro et profundo, plica infera oblique descendente, saepe extus libera (nec subverticali et semper utrinque adhaerente), plica subcolumellari emersa, etc.

Clausilia (Oligoptychia) *euchroa* mh.

Testa turrito-cylindræa, castanea, nitida, laevigata, anfractus ultimi parte exteriori et cristis regulariter costulato-striatis; anfr. 10, superi convexi, caeteri convexiusculi, ultimus basi constrictus, bicristatus (cristis arcuatulis, exteriori majore), latere excavatus, sutura alba et peranguste fusco-marginata; apertura rotundata, basi intus canaliculata, sinulo rotundato; peristoma solutum, albidum, undique expansum; lamella supera marginalis, infera profunda, alta, arcuato-ascendens; lunella dorsalis, arcuata; plica suturalis parum distincta, palatalis unica, brevis, in medio palati, subcolumellaris profundissima, vix intus conspicua (extus supra periomphalum translucens); lamella spiralis inconspicua. Long. 14, diam. $3\frac{1}{2}$ mm.

Hab. Euboea. (Parr. ex.)

Huc usque omnes species hujus gregis (Armenicae Bttg.) in Asia minore et in Armenia detectae. Species jam dudum descripta maxime affinis *Claus. faustae* (Friv.) Pfr. ex Amasia, differt tamen luculenter colore castaneo, magnitudine multo minore, anfractibus superis convexis, apertura rotundata, plica palatali unica dorsali mediocri, etc.

Pomatias auritus (Z.) Rssm. var. *chelys* mh.

Testa corneo-cinerea, opaca, tota dense costulata (apice excepto) et distanter lamellato-costata (anfr. ultimo costulato excepto); anfr. 8— $8\frac{1}{2}$, perconvexi; long. $9\frac{1}{2}$ — $12\frac{1}{2}$, diam. 4— $4\frac{1}{2}$ mm.

Hab. Dalmatia ad Cattaro.

Pomatias lapurdensis Fagot var. *labrosa* mh.

Testa fusco-cornea, ubique regulariter dense striata, sutura ad aperturam intus hepaticam sensim et tan-

dem abrupte ascendente; long. 10—13 $\frac{1}{2}$, diam. 4—5 (cum ap. 6) mm.

Hab. Hispania, Montserrat. (Hidalgo ex.)

Pomatias Blancianus mh.

Testa conica, lutescens vel rufescens, maculis magnis distantibus sed obsoletissimis pallide hepaticis in duplici serie positis ornata, costata, costis ad aperturam aequalibus, obliquis, albis, sigmoideis et flexuosis, distantibus, valde prominentibus munita; anfr. 8 $\frac{1}{2}$, convexi, ultimus antice lente ascendens, basi depressus, obsolete angulatus; apertura lunato-rotundata, superne ad dextrum angulata; peristoma simplex, in pariete callo tenui continuum, undique patulum, album, crassiusculum. Long. 8 $\frac{1}{2}$, diam. 3 mm.

Hab. Sicilia (Parreyss ex.).

II.

**Conspectus formarum in regione Palaeoaretica
viventium generis Pomatias Stud.**

Obs. Asteriscus ante nomen subspeciem significat.

Sect. I. ***Auritus***. *Testa imperforata; peristoma margine columellari superne prorsus abbreviato, auriculato; margine umbilicali resupinato et reflexo (cum columellari angulum rectum extus formante).*

a.) *Stirps Pom. auriti.*

P. auritus (Z.) Rssm. Icon. f. 398 (1837). — Dalm. (loc. orig. Cattaro), Albania, Montenegro.

P. excisus Mouss. Coq. Schl. I. p. 51 (1859). — Epirus (Janina).

P. dalmatinus (Parr.) Pfr. Mal. Bl. 1863. p. 36. — Dalmatia (Castel Nuovo).

**P. athenarum* (Bourg.) St. Simon, Aperçu Pom. viv. (1869). — Graecia (Athen).

- **P. hellenicus* (Bourg.) St. Simon l. c. — Graecia (M. Parnassus).
- P. tessellatus* (Wieg.) Rossm. Icon. f. 404 (1837.) — Graecia (M. Parnassus, Corfu).
 Var. *grisea* Mouss. Coq. Schl. I. p. 36 (1859.) — Cephalonia.
- ?*P. Hueti* Kob. in Nachr. Bl. 1881 p. 121. — Turcia ad Constantinopolim. Huc ? Mihi ignotus.
- P. turritus* Walderd. Verh. z.-b. Ges. Wien 1864. — Dalm. in M. Falcone.
- *
- P. Westerlundi* Paul. Bull. soc. mal. ital. 1879 p. 20; Fauna Calabr. 1880 t. 9. f. 3. — Italia (Calabria in M. Stella et M. Consolino).
- **P. Dionysi* Paul. Bull. soc. ital. l. c. — Sicilia (Syracusa ad „Orecchio di Dionysio“).
- *
- P. Letourneuxi* Bourg. Moll. nouv., litig. etc. 1866 p. 216. t. 33. f. 22—23. — Algeria (Rokniá).
- b) *Stirps Pom. protracti.*
- P. Porroi* Strob. Note mal. Val Membr. p. 22 (1848.) — Ital. bor. (circa Bergamo).
- P. protractus* (Parr.) St. Simon Aperçu Pom. etc. (1869). — Sicil. (Fastuchera in prov. Segesta), Ital. merid.
- **P. subprotractus* Palad. Rev. Scient. Nat. V. p. 332 (1876). — Gallia (Herault, circa Lamalou).
- P. Macei* Bourg. Exc. mal. Alp. Mar. p. 16 (1869). — Gallia (dep. Var et Alp. Marit).
- *
- P. atlanticus* Bourg. Moll. nouv., litig. etc. 1866. p. 290. t. 40. f. 13—16. — Kabylia (Oued-Isser).
- P. Maresi* Letourn. Ann. Mal. 1870. p. 313. — Kabylia (Tizi n'cheria).

c) *Stirps Pom. tergestini.*

- P. Philippianus* Gredl. III. Progr. d. Gymn. v. Botz. 1853.
— Italia (Lombardia ad Rivoli), Tirolia, Görz.
- P. Clessini* Stoss. Verh. z.-b. Ges. Wien 1881. p. 522. —
Croatia (Risnjak).
Var. *dichilus* mh. — Croatia ad Ubdina.
- P. nanus* Westerl. Nachr. Bl. 1878 p. 167. — Croatia.
- P. tergestinus* Westerl. ib. p. 109. — Triest.
- P. Gredleri* Westerl. Jahrbüch. etc. 1879 p. 161. — Tirolia
merid. (in valle Ampola).

d) *Stirps Pom. patuli.*

- P. patulus* Drap. (Cycl. pat. d) Tabl. moll. p. 39 (1801.)
— A Gallia meridionali et mediterranea (l. or. Mont-
pellier) per omnes Alpes.
- **P. cassiniacus* (St. Sim.) Paul. Materiaux etc. p. 55 (1878).
— Italia (Monte Cassino prope San-Germano).
- **P. elongatus* Paul. Bull. soc. mal. ital. 1879 p. 13. —
Italia (M. della Spezia).
- **P. elegantissimus* Paul. Bull. soc. mal. ital. 1879 p. 14. —
Italia (Alp. Apuane in M. Forato.)
Var. *turricula* Paul. (l. c. p. 14.) — Alp. Apuane.
Var. *Uziellii* Stefani Bull. soc. mal. ital. 1879
p. 96. — Alp. Apuane. •
- **P. Pinianus* Bourg. Species noviss. 1878 No. 144 (Opus
ineditum!), fide nob. Pini. — Italia (Lucchio). —
P. Crosseanus Paul. Bull. soc. mal. ital. 1879 p. 15
(nec St. Simon 1867).
- **P. Alleryanus* Paul. l. c. p. 16. — Sicilia (Calatafimi).
— P. Monterosati Bgt. (fide nob. Paul.)

- **P. Adamii* Paul. l. c. p. 18; Fauna Calabr. p. 188 t. 8 f. 7, t. 9. f. 1. — Ital. merid. (M. Terioli).
 Var. *rudis* Paul. Fauna Calabr. p. 188. t. 9. f. 2 (1880). — M. Terioli.
 Var. *gilva* Paul. Fauna Calabr. p. 189. — M. Terioli.
- **P. Isseli* Stefani Bull. soc. mal. ital. 1879 p. 101. — Italia (Pania in Alp. Apuane).
- **P. agriotes* Westerl. ap. Paulucci Bull. soc. mal. ital. 1879 p. 20. — Italia (Umbria, Saorgio et Avellana), Gallia.
- **P. sospes* Westerl. ap. Paul. l. c. p. 21. — Ital. (Alpi Apuane inter Levigliani et Mosceta).
- **P. qualfinensis* Stefani Bull. soc. ital. 1879 p. 99. — Italia (Sassorosso).
- **P. montanus* Issel Mem. soc. nat. ital. 1866. p. 29. — Italia (Alpi Apuane ad Pania).
- **P. Bourguignati* St. Simon Aperçu Pomat. etc. 1869. — Pyrenaeae orientales (Ollastro).
- **P. Benoiti* St. Simon l. c. — Sicilia (Fastuchera.) — *P. trinacrina* ? Bgt. in sched. et *P. tersatinus* Parr. in sched. (teste Ben).

*

P. enhalius Mab. Arch. malac. IV. 1869. — Corsica (Buguglia.)

Var. *cyrniacus* Mab. l. c. — Buguglia.

e) *Stirps Pom. gracilis*.

P. gracilis (Kstr.) Pfr., Chemn. Conch. Cab., Monogr. p. 191. t. 26. f. 28—30. — Dalm. (Almissa).

Var. *rudicosta* Cless. Nachr. Bl. 1879. p. 122. — Croatia.

P. croaticus (Zeleb.) Brusina, Contr. mal. Croat. p. 31. (1870); Pfr. in Chemn. Conch. Cab., Nov. IV. p. 15. t. 112. f. 14—16. — Croatia (Trovera).

- P. Martensianus* Mlldff. Fauna Bosn. p. 57. f. 17—18.
(1870.) — Bosnia (in montibus Lipeta et Porina),
Dalmatia.
Var. *tortiva* mh. — Fiume, Ragusa et Montenegro.
- P. Reitteri* Boettg., Jahrbüch. mal. Ges. 1880 p. 232. —
Croatia (Capella).²
f) *Stirps Pom. macrocheilus.*
- P. Villae* (Spin.) Betta et Mart., Cat. moll. Venet. p. 74
(1855). — Italia (Verona).
- P. macrocheilus* West., Jahrb. mal. Ges. 1879 p. 160. —
Carinthia (Gottsche), Carniolia, Dalni., Græcia, Italia.
Var. *limbata* Westerl. l. c. p. 161. — Ital. (M.
Marrone).
- Sect. II. **Maculatus.** *Testa rimato-perforata; peristoma
margine columellari superne dilatato et rotundate-
auriculato, margine umbilicali humili, acuto, leviter
sinuato, nec reflexo, nec resupinato.*
- P. septemspiralis* Razum. Hist. nat. Jorat I. p. 278 (1789).
— Europa merid. (loc. orig. M. Jorat, Helvetia).
Forma *immaculata.*
Forma *villatica* (P. Sept. var. Villa Gredl.)
Var. *Heydeniana* Cless., Nachr. Bl. 1879 p. 121.
— Croatia (Capella), Styria infer.
- Sect. III. **Personatus.** *Testa perforata; peristoma mar-
gine columellari levissime auriculato, non abbre-
viato, margine umbilicali sat late reflexo, libero,
perforationem latam superpendente.*
- P. Paladilhanus* St. Simon, Aperçun Pomat. etc. 1869. —
Sicilia (Palermo et ins. Favagnana.)
- **P. Fischerianus* Paul., Bull. soc. mal. ital. 1879 p. 19. —
Sicilia (M. Cuccio pr. flumen Oreto).
- **P. Blancianus* Westerl. (vide supra p. 64). — Sicilia.
- P. Caficii* Ben. Nuovo Catal. p. 154 (1882). — Sicilia (Rocca
della Petrazza ad Palermo).

Sect. IV. *Anotus*. Testa plus minus aperte perforata; apertura verticalis; peristoma marginibus conniventibus, columellari inauriculato, regulariter arcuato aut cum margine umbilicali angulum obtusum intus formante.

† Testa perforata; apertura rotundato-piriformis, ad sinistram angulata; peristoma margine columellari superne profunde sinuato, umbilicali stricto, intus oblique verso, humili, cum columellari angulum obtusum intus formante.

a) *Stirps Pom. obscuri*.

P. obscurus Drap., Tabl. moll. p. 39 (1801.) — Gallia fere tota.

Forma *cinerascens* Moq.-Tand.

**P. crassilabris* Dup. Cat. Test. (1849), Hist. p. 510. t. 26. f. 11. (1851.) — Pyrenaeae.

Forma *barthelemiana* St. Simon 1869. — Gallia (Chierp).

Var. *iratyensis* Folin et Berill., Bull. soc. Borda 1876 p. 8. — Pyren. (Iraty).

**P. Mabillianus* St. Simon Aperçu Pomat. etc. 1869. — Pyrenaeae (Eaux-Bonnes, Gers).

**P. lapurdensis* Fagot, Hist. mal. Pyr. franc. p. 20 (1880). — Gallia (cav. Espalugues prope Lourdes).

Var. *labrosa* mh. — Hisp. (Montserrat).

**P. Hidalgoi* Crosse, Journ. Conch. 1864. t. 2. f. 3. — Hisp. (Peña de Garbia et de Orduña).

**P. Fagoti* Bourg. ap. Fagot, Moll. vallée d'Aulus p. 29. f. 5 (1880). — Gallia (Arriège).

**P. spelaeus* Fagot, Bull. soc. Ramond p. 62 (1876). — Pyrenaeae (in caverna infera ad Bédât).

**P. Frossardi* Bourg. ap. Frossard, Bull. soc. Ramond p. 18 (1870). — Pyrenaeae (in caverna ad Aurensan).

b) *Stirps Pom. hispanici.*

P. Nouleti Dup. Hist. p. 513. t. 26. f. 12 (1851). — Pyrenaeae (in vallée Arrière).

P. arriacus St. Simon (Bourg., Mabile in Rev. et mag. Zool. 1875). — Pyrenaeae (ad montem Arri prope Saint-Béat). — *P. arriensis* St. Simon, Aperçu Pomat. p. 22 (1869). *P. Marquetianus* St. Simon, Moll. reg. Pyr. Haute-Garonne p. 142 (1876).

P. hispanicus (Bourg.) St. Simon, Aperçu Pomat. p. 22 (1869). — Hisp. (Oviédo).

P. Martorelli (Bourg.) Servain, Moll. Esp. et Port. p. 144 (1880.) — Hispania (Montserrat).

c) *Stirps Pom. aprici.*

P. apricus Mouss. Nouv. Mém. soc. Helv. 1845. — Alpes Galliae (circa Aix-les-Bains.) — *P. carthusianum* Dup. Cat. extramar. 1849.

**P. fimbriatus* (Held) Pfr., Chemn. Conch. Cab. t. 26. f. 31 bis 33. — Triest, Salzburg.

P. Partioti (Moq. Tand.) St. Simon, Miscell. malac. p. 36 (1848). — Pyrenaeae (Gavarnie).

Var. *Crosseana* St. Simon, Mém. Pom. midi Fr. p. 11 (1867).

P. sabaudinus Bourg., Moll. d'Aix-les-Bains, p. 64. t. 2. f. 11—14. — Gallia (Savoyen, pr. lacum Bourget).

d) *Stirps Pom. Canestrini.*

P. Canestrini Adami, Atti d. soc. Ven. p. 79. f. 17—18 (1876). — Italia (Bergamo, M. Presolano). — *P. insubricum* Pini in Atti d. soc. nat. XIX. f. IV. (1877).

e) *Stirps Pom. Simoniani.*

- P. Simonianus* Bourg., Exc. mal. Alp.-Marit. p. 18 (1869).
— Gallia (Cluse de Saint Auban).
P. Pirajnoi Ben. (Paul. in Bull. soc. mal. ital. 1879. p. 17.)
— Sicilia (ins. Favagnana ad cast. Santa Caterina).
— *P. Pirajnaea* Ben. Ill. sist. crit. t. VI. f. 6; Catal. Nuovo p. 153 (1882).

f) *Stirps Pom. Rayani.*

- P. Rayanus* Bourg., Amén. mal. II. p. 28. t. IV. f. 5—8 (1857). — Gallia (dép. Aude).

†† *Testa umbilicato-perforata; apertura rotundato-ovata, non angulata; peristoma margine columellari vix vel non depresso, aequaliter arcuato, superne non humiliore.*

a) *Stirps Pom. striolati.*

- P. striolatus* Porro, Rev. et mag. zool. 1840 p. 106. — Italia, Gallia ad Nizza.
Forma contracta mh.
**P. Isselianus* Bourg. Exc. mal. Alp.-Marit. p. 10 (1869). — Gallia et Italia (inter Nizza et Genua).
P. lunensis Stefani, Bull. soc. mal. ital. 1879 p. 94. — Italia (M. Spezia).
P. apistus Westerl. Öfvers. af K. V. Ak. Förh. 1881 p. 65. — Syria ? (Parr. ex.).
P. Berilloni Fagot, Hist. mal. Pyr. fr. p. 17 (1880). — Pyrenaeae (Sarre, Cambo, Hendaye). — *P. Hidalgoi* var. *laburdensis* Fol. et Ber., Contr. faun. mal. p. 4 (1877).

b) *Stirps Pom. scalarini.*

- P. scalarinus* Villa, Disp. syst. p. 58 (1841). — Dalm. (Zara), Istria.
Var. *Schmidti* Bétta. — Istria.
Var. *vallae* Stoss. — M. Corso, Triest, Lesina.

P. elegans Clessin, Nachr. Bl. 1879 p. 122. — Croatia (Fiume).

P. cinerascens Rossm. Iconogr. VI. p. 53. f. 406. — Dalm. (Ragusa), Croatia? — Cycl. rude (Z.) Mke., *C. brevilabre* (Parr.) Anton.

Var. *turgidula* (Parr.) Anton.

**P. Hirci* Stoss., Verh. z.-b. Ges. Wien 1881 p. 521. — Istria (Buccari), Dalm.

Sect. V. ***Turritus***. *Testa perforata; apertura rotundata, verticalis vel infra ad dextrum versa; peristoma late expansum, marginibus longe distantibus, callo in pariete conjunctis, columellari ne minime depresso, late ad parietem affixo vel auriculo magno anfractum penultimum tangente.*

P. Henricae Strob., Not. mal. sul Trentino p. 18 (1851). — Tirolia (valle dei Ronchi pr. Ala), Bavaria.

Var. *lissogyrus* West., Öfvers. af K. V. Ak. Förh. 1881 p. 66. — Ital. (Val Seigena, Trentino).

**P. plumbeus* Westerl., Nachr. Bl. 1878 p. 109. — Ital., Tirol., Carinth., Carniol., Istria. — *P. patulus* Pfr., Rssm. etc. etc. pr. p.

P. Stossichi Cless., Verh. z.-b. Ges. Wien 1881 p. 522. — Istria (Buccari).

(Fortsetzung folgt.)

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Jahrbücher der Deutschen Malakozoologischen Gesellschaft](#)

Jahr/Year: 1883

Band/Volume: [10](#)

Autor(en)/Author(s): Westerlund Carl Agardh

Artikel/Article: [Malakologische Miscellen. 51-72](#)